



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Commentarius Pavli Bernriedensis, Antiqui Scriptoris, De
Vita Gegorii VII. Pontif. Max.**

Paulus <Bernriedensis>

Ingolstadii, 1610

Incipit Praefatio Pavli Presbyteri In Vitam Herlvcae Virginis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65381)



INCIPIIT PRAEFATIO PAULI PRESBYTERI IN VITAM HERLUCÆ VIRGINIS.

DVSILLO gregi * Beronicensis ^{* Bernriedensis.} Cœnobij Paulus Frater, indignus vocari presbyter, bonorum collectionem magnificari, & eorum virtutibus glorificari.

Plus quàm viginti anni sunt, dilectissimi, quòd animus meus voto scribendi obligatus, explorare cœpit, & inuestigare quadam signa sanctitatis de cõversatione beatæ Herlucæ Virginis, qua hæctenus conseruata, & collata in corde meo, nunc demum tertio de positionis eius anno, in notitiam posteritatis eius proferre volo: primum quidem ad commendationem diuina gratiæ: Secundò, ad consolationem charitatis vestra. Cupimus enim

Quoto anno post mortem B. Herluca hæc Historia conscripta fuerit.

X ani-

animam Herluçæ non in seipsa, sed in Domino laudare, & mansuetos, de quibus estis & vos, hac audituros latificare.

* cognovisse.

Videtur esse
Gualterius
de quo multa
Rubeus lib. 5.
Hist. Ravenat.
maxima vir
religione &
innocentia,
inquit Rubeus.

Testor autem DEVM omnis gratia, nunquam metanta ipsius dona in aliqua feminarum * innotuisse. Proinde frequentatum est hoc verbum inter me, & Gebhardum alumnium meum, nunquam nos suavius gustasse DEVM ex ore viri, quàm ex ore * VVALTHARII Rauennatis Archiepiscopi, nunquam ex ore fœmina, quàm ex ore Herluçæ. Verè de Pontifice, quamuis sancto, & miraculis decorato, humanis tamen studiis nihilominus exercitato, non adeò mirandum: mirandum in fœmina, prorsus literaturam non cognoscente, multo evidentius fuit miraculum inspirationis diuina. Sed iam propositum iter aggredior.



INCI-